



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Quanti fecerit hæc ostenta. 186

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

haud leuibus gaudiis P. Leonar-  
 dum, cuius desiderio ita nouè sa-  
 tisfactum esset. 185 Adhæc, Bar-  
 cinone quondam Ioannes Pas-  
 qualis, Agnæ F. ibat more, vt Sa-  
 cris ad S. Eulaliæ interesset: Ei  
 tunc idem IGNATIVS, sed ante  
 annos iam aliquot functus, pro  
 summo altari se ostendit. Ioan-  
 nes repentè, vt ad familiarem,  
 AH PATER MI, exclamare: iamq;  
 adeo, ceu complexurus accurre-  
 re: Verum ei I G N A T I V S manu  
 abnuere: neue accederet, prohi-  
 bere. Simul videri desit. Alia, ta-  
 libusque haud absimilia, possent  
 commemorari multa: sed nos  
 prolixiora exosi; plerisque super-  
 sedere decreuimus. 186 Nam is  
 etiam ipse, adeò nihil tribuebat,  
 vt, quamuis circumflueret his  
 cæli deliciis, inter Sanctitatis ta-  
 men testimonia, eas nunquam  
 numeraret. Magis animi. Mode-  
 stiam

stia  
 des  
 can  
 sole  
 virt  
 hor  
 De  
 I  
 iam  
 un  
 bit  
 bel  
 qua  
 sun  
 der  
 Ioa  
 ter  
 era  
 cù  
 ho  
 189  
 reu  
 no  
 sta

stiam mirari : patientiam sui que  
despectionem laudare : tum pre-  
candi studium , & sui domandi  
solertiam : taliaque inter veras  
virtutes ducere solebat. Alia in  
hominum ore illustria esse ; quæ  
Deo non perinde æstimarentur.

187 Ab hac IGNATII luce, et-  
iam radii in partem corporis ex-  
undarunt ; quos sæpenumero ar-  
bitri conspexere. Id quod de Isa-  
bella supra narratum voluimus :  
quæ eum inter puerulos pro arâ  
summa confidentem , radiare vi-  
derat. 188 Idem alio tempore  
Ioâni Pasquali visum : cuius ma-  
ter domicilium IGNATIO præbu-  
erat. Loiolæ idem alij viderunt :  
cùm illuc ex Gallia regressus , ad  
hospitalem domum diuertisset.  
189 Romæ deinde Philippus Ne-  
reus , auctor Oratorij , magna &  
nota sanctitate vir , læpius spe-  
ctasse eum se aiebat , fulgenti-  
bus